



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Quidam per sicarios in arbore suspensus, mirè, inuocata virginis ope:
cripitur, & penè nudus Tungros postea petit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

attonita ad locum accurrit, & ut vidit fre-
 tiam hominum, in terram ceu exanimus ca-
 ruit. Erat autem prægnans & partui proxi-
 vndè & paulò post abortijt è mortuo fuit.
 Memoratus Ioannes à Spina sacre Virg-
 Tungrensis meritis confusus, ad eius m-
 riam peregrinationem suscepit, venit co-
 ces fudit pro coniugis incolumitate, donec
 redit, infantem abortu eiectum, exstinctum
 que videt, & vxorem in extremo qualis
 actu constitutam cereum benedictum ma-
 bustenentem. In tali tantaque angustia
 tum sese in preces effundit, & beata Virg-
 Tungrensis imaginem ori coniugis apponit
 & ecce, quæ loquelam amiserat, & extraxit
 spiritum à quarta matutina agrè duxerat
 eam erat hora vespertina) iungit manus
 beatæque Virginis opem implorat, & con-
 lescit, Pater de filio mortuo sollicitus, et
 gros deferri iubet, & super altare collocat
 vbi suscitatus, paulò post baptizatur, vivit
 deinde ad annos octodecim in Domini
 tem electus.

*Q*UIDAM PER SICARIOS IN
 bore suspensus, mirè, inuocata virginis opem
 ripitur, & penè nudus Tungrensis
 stea petit.

CAPVT XIII.

ANno millesimo centesimo quarto ferijs Beati Thomæ Gulielmus quidam Gandensis cognomento Monsterius Tungrensem Ecclesiam ingressus est strigēte cololum laqueo. Is, dum rediret à nundinis Brugensibus per sicarios, qui ipsum strangulatum ex arbore suspenderant, ac pro mortuo in siluis reliquerant, assererat se dirapsum: Cum autem prius in tam aperto vitæ periculo beatam Virginem Tungrensem inuocasset, ecce mulier in veste candida soluit vinculum, deponit eum ab arbore, blandeque consolatur & monet vt votum impleat, illaque euanuit. Vnde hic recta petit Tungros eodem schemate pæne nudus, agitque Deo gratias, & beatæ Virgini, totiusque rei gestæ seriem pastori Tungrensi & omnibus ibi præsentibus enarrat.

QUAEDAM PVELLA PER TRIENNIVM paralytica, B. Virginis interuentu à paralyfi liberatur.

CAPVT XIV.

ANno millesimo centesimo decimo quarto ferijs beati Nicolai, paupercula quædam puella nomine Anna Caucia è Lignensi territorio progenita; ægra & paralytica totoque triennio cliuica, quum se suaque salutem beatæ Virgini Tungrensi commendasset, primò sedit super stratum, quod

B 7 ab